incarnatione dni edidit librum. Floruit anno dni. xvo.
Heraclides quidam religiosus pr cum plustras-
set cum magno labore heremum et multa mo-
nachorum cenobia scripsit ad lausum epm vitas
prm quos viderat vel audierat qui liber dicitur
paradisus heraclidis. Floruit anno dni 390.
Eusebius bti ieronimi discipulus boni doctoris
bonus auditor scripsit ad damasum portuen-
sem epm et theodorum senatorem urbis rome de
obitu sancti ieronimi et eius doctrina vltra valde
notabilem librum et ad exhortationem ideoneum flo-
ruit aut anno dni. xxx quo etiam anno ieronimus obiit
etatis sue xcij. regnantibus honorio et ~~theo~~ theodo-
Gelasius primus papa scripsit contra nestorium
et euticen li. v. Contra arrium li. ij. Hic etiam
fecit decretum de libris autenticis et apocrifis vt
patet dis. xv. Sancta romana. Floruit anno dni xcvj.
Paschasius ~~quidam estimo cuius mentionem facit~~
~~gregorius in dialogo~~. scripsit de sacramentis
et de spiritu sancto quos vidi. Super lamentationes
ieremie expositionem fecit. Floruit anno dni xxx.
Auitus viennensis epus sanctus de conditione
mundi metrice composuit librum. Floruit aut
circa annum dni quadringentesimum et xcviij.
Fulgentius ruspensis sanctus epus inter
ecclesiasticos scriptores non minimus nobis

abbas corberum ordinis nri

secundum nomen suum fulgentia scripta reliquit de
quibus sunt hec. Ad eutimum de remissione peccatorum li. ij.
Ad donatum de fide li. j. De mysterio mediatoris li. iij.
Ad monimum de predestinatione et quibusdam aliis questio-
nibus li. iij. Responsionum contra trasimundi regis arriani
obiectiones li. i. De continentia coniugatorum post votum ser-
uanda li. j. Ad probam de virginitate et humilitate li. j.
Ad eandem de oratione et compunctione li. j. Ad eugippum de
caritate li. j. Ad theodorum senatorem li. j. Ad venantiam
de penitentia et indulgentia li. j. Scripsit etiam sermones
nonnullos quorum aliquos vidi. Legi sub nomine eius librum
mihi nuper de antiqua bibliotheca destinatum. mythologi-
arum ad cathum presbiterum carthaginensem in quo fabulas
quasdam poetarum moraliter exponit. Mithos enim grece
latine dicitur fabula et inde liber mythologiarum. Legi et
alium sub nomine eius ad galcidium grammaticum de obtrusis
sermonibus intitulatum. Floruit anno domini. 486.

Iulianus pomerii toletanus episcopus ad prosper
scripsit libros de vita contemplatiua scripsit
prenosticorum futuri seculi li. j. De animabus defunctorum
li. j. De resurrectione mortuorum li. j. in quibus libris
antiquorum doctorum plurimum meminit. Floruit autem
tempore prosperi Anno vicesimo. 488.

Symmachus patricius socer boetii rempublicam
romanam gubernans scripsit notabilium epistolarum
ad diuersos li. j. Floruit anno domini nostri ihesu xpi. 500.

Boetius senatorius vir gener predicti symachi
ambo fideles xpiani. cum se a synodo contra hereticos
rome congregata subtraxisset ne sibi vt homini facundo
negotium a synodalibus eloquendum imponeretur et
propter hoc a fidelibus tanquam fautor esset hereticorum sus-

picio haberet scripsit contra eosdem hereticos de sancta
trinitate li. j. De musica li. j. De duabus naturis in
xpo contra eutichen li. j. De ebdomadibus li. j. Fecit et co-
menta super aristotilem. Et topicorum laica ac divi-
sionum libros. Assscribitur etiam boecio liber de disciplina
scolarium. Scripsit ultimo de consolatione philosophie li. v.
Floruit anno domini quingentesimo tercio decimo.
Cuius uxor nomine elphe prudentissima fecit ymnum Olive bene rogat

Gennadius massilie presbiter scripsit post ie-
ronimum de illustribus viris usque ad gelasium
primum papam li. j. Adversum omnes heresis li. viij. Ad-
versus nestorium li. vi. Adversus eutichen li. vj. Adversus
pelagium li. iij. Super apocalipsim beati iohannis quam ciliastes
li. j. De fide sua ad gelasium papam li. j. epistolarem.
Floruit autem anno domini quadringentesimo nonagesimo.

Sydonius auernensis episcopus quem aliqui nominant
salvianum massiliensem presbiterum scripsit hec
Ad marcellum presbiterum de bono virginitatis li. iij. Ad-
versus avariciam li. iiij. De presenti iudicio li. v. Pro
eorundem satisfactione ad salomonem episcopum li. j. Expositionem
extreme partis ecclesiastis li. j. Ad claudium episcopum
viennensem quem super vocavi mamertum epistolarum li. j.
Exameron in genesi li. j. Ad episcopos omelie multas
epistolarum li. v. Et alia. Floruit anno domini 470.

Eunodius episcopus ticinensis ab hormisda papa
constantinopolim ad imperatorem in causis
ecclesie missus multas ibi sustinuit miserias multa
fertur scripsisse quorum nichil in originalibus vidi
Legi tamen de suis eius certa quedam. Scripsit iussu

symachi pape tradicionum orthodoxe fidei li. vnum
Floruit autem anno domini quingentesimo.

Benedictus monasterii montis cassini fundator
et abbas regulam descripsit monasterii
conversacionis omni discrecione precipua cuius observa-
tores ac professores usque hodie benedictini vel mo-
nachi nigri vocantur per totam xpianitatem dilata-
ti. Nam tempore concilii constanciensis reperta sunt huius
ordinis monasteria quindecim milia centum et septem
quorum tamen aliqua interim propter diuicias in collegia
canonicorum secularium translata sunt. Sub huius sancti
benedicti regula xx ordines adiectis singularibus
constitucionibus singulis militant domino. Fuerunt etiam
de ordine sancti benedicti nigrorum monachorum xx
summi pontifices. Cardinales 183. Archiepiscopi
1468. Episcopi 3400. 2. Abbates insignes qui claruerunt
doctrina aut moribus preceteris quindecim milia
septingenti Canonizati quoque huius ordinis viri tamen
numero triginta quidque milia quingenti quinquaginta
nouem. Floruit autem sanctus benedictus anno domini 430.

Cassiodorus ex senatore monachus scripsit
super psalterio tractatus cl. De racione anime
li. i. Historia tripartita li. De orthographia
li. i. Epistolarum ad diuersos li. xxviii. Sed et insti-
tucionum libros ac cronica descripsit Et plerasque
alia Floruit autem anno domini nostri ihesu xpi 449.

Arator romane ecclesie subdiaconus actus
apostolorum exametris versibus descrip-
sit in libris duobus Nichil aliud eum scripsisse
reperi Floruit autem anno domini 460.

Gregorius thuronensis epus historiam francorum
usque ad sua tempora descripsit. Sed et
miracula sancti martini in libris quatuor ordi
navit. Fuit autem ordinatus epus thuronensis ec
clesie anno dni quingentesimo septuagesimo tercio

Fortunatus epus pictaviorum poeta et doctor
magnificus. Scripsit actus bti martini he
roico metro li. iiij. Vitam quoque sci hilarij pictaven
li. j. Vitam sancti maurilij andegavensis epi li. j.
Floruit vero anno dni quingentesimo octogesimo.

Gregorius papa magnus quartus ecclie doc
tor principalis etate ultimus utilitate primus
inter multa ecclie bona hec scripsit. Comentari
orum in iob li. xxxv. De cura pastorali li. ij. De
viris sanctis italie dialogorum li. iiij. De conflictu
virtutum ac viciorum li. j. Super canticum canticorum
omel. ij. In ezechielem li. ij. Super euangelia li. ij.
in omel. xl. Epistolarum registrum li. x. epistolas autem
sexcentas nonaginta. Excerpta quoque canonum
in li. iiij. Et alia pleraque. Fuit autem ordinatus papa
anno dni. dxciij. et obiit anno dni. dcvj.

Isidorus hispalensis epus in hispania suc
cessor immediatus bti leandri ad quem gregorius
scripserat moralia in iob multa scripsit. Inter
que sunt hec. Soliloquiorum li. ij. Sententiarum li. iij.
qui usitato vocabula intitulantur de summo bono.
Ethymologiarum li. xx. De origine officiorum li. ij.
Ad florentianam sororem suam contra iudeos li. duos

Ad orosiu epm de significatione ve. et no. tes. li. ij.
Allegoriarum in genesim li. j. In exodo li. j. In leuiti-
co li. j. In libro nu. li. j. In deuteronomio li. j. In io-
sue li. j. In iudicu li. j. In regu li. j. De corpore et
sanguine dni tractatu. j. Cronicon a tempore
bti ieronimi usque ad tpa sua li. j. Ipse primus decreta
aplica edidit que uno postmodu abbreuiat vel
potius ex eis alia compendiosiora compilauit. De
ortu et obitu scorum li. j. Floruit anno dni. dc. xxx.
Sedulius primo laicus secularis sapie deditus
quisus ad dnm ac psbr ordinatus docuit pplos
primo in italia et postmodu in asia. Scripsit aut
de veteri et nouo testamento libru que intitulat
de carmine pascali. Fert et plura alia scrip-
sisse sz nichil eorum preter predcm libru vidi. Flo-
ruit preterea tpe theodosii iunioris anno dni. Xo.
ordinandus est superius pro victorium massilien
Beda presbiter et monachus ordinis scti
benedicti hec scripsit. Super genesim li. j.
De tabernaculo moisi li. iij. In libris reg li. iij.
De templo salomonis li. j. Super esdram et
neemiam li. iij. In thobiam li. j. Super parabolas
salomonis li. j. In marcum li. iiij. Super canticu
canticorum li. v. Super psalmos li. Super lucam
li. j. Super eplas canonicas li. vij. Super actus
aplorum li. j. Super apocalipsim iohis li. j. De questio-
nibus libri regum li. j. De locis sanctis li. j. De gestis
anglorum li. j. De temporibus cronicu que sepius
allegat a scriptoribus. Et alia plura. Floruit aut
studiosissimus in anglia anno dni. dc. xc. Et

obiit anno dni dcc. xxiij. etatis sue septuagesimo

Cesarius arelatensis epus et monachus ordinis sancti bndicti scripsit ad monachos sermones seu omelias valde utiles xxi. Floruit autem anno dni septingentesimo vicesimo

Bonifacius primus archiepus moguntinus monachus de anglia scripsit plenam auctoritate epistolam ad ethelbaldum regem anglorum arguens eum fiducialiter de quibusdam criminibus et multas alias epistolas. Fuerunt ante eum xvij epi moguntinenses ipse autem primus archiepiscopus et mr. Floruit anno dcc. xviij

Alchuinus qui et albinus rector monasterii sancti martini thuronensis de britannia oriundus magister karoli deliciosus unus de primis fundatoribus studii parisiensis scripsit hec. De fide ad karolum li. iij. Ad discipulos suos dialogorum li. unum Sententiarum li. j. Super genesim ad litteram li. j. Super cantica canticorum li. j. Super epla pauli ad hebreos li. j. Super ecclesiasten li. j. Super iohannem li. vij. Ad eulalia virginem de ratione anime li. j. Ad fredegisum dialogum de sancta trinitate li. j. Vitam sancti vedasti li. j. Ad guidonem comitem sicmarum virtutum li. j. Et plura. Hic fuit monachus sancti bndicti discipulus bede presbiteri. Floruit anno dni. Mo.

Theodorus epus habita sinodo in anglia multa constituit ecclie utilia. Hic scripsit librum penitencialem qui usque dicitur primale theodori. Floruit autem anno dni nri ihu xpi dc. lxxx.

monachus ordinis sancti bndicti et anglorum archi-

Rabanus sextus moguntinen archiepc ex
abbate fuldensi ordinis bti bndicti discipulus
bede psbri vnq eciam fundatorum studii parisiensis
multa scripsit vtilia. De laude crucis li. iij. ad ser
gium ppam. De institucione clericorum li. j. Super genesim
ad frechulfum epm li. iiij. In exodum li. iiij. Super
mu li. j. Super regum li. iiij. Super paralipo. li. iiij.
Super iudith li. vij. Super hester li. j. In libru
sapie li. iij. Super ecclesiasticum li. x. Super ieremia
li. j. In machabeorum li. iij. In matheum li. viij. Super
actus aplorum li. j. De vij. vsu et rerum na libros
Et alia plura. Floruit hic doctor et poeta ma
ximus anno dni nri ihesu xpi octingentesimo
et quadragesimo. et ab aliquibus scdus nominatur.

Strabus discipulus supradicti rabani et
opusculorum eius scriba nonnulla edidit opa
vicz super genesim comentarios In exodum
quoque li. j. In leuiticum li. j. Floruit anno dccc. l.

Iohannes scotus vir acris ingenii discipu
lus bede psbri monachus ordinis sancti
benedicti vnq fundatorum studii parisiensis hec
inter cetera scripsit De nature diuisione li. j. Ide
transtulit ierarchiam bti dionisii Et comentatus
est super eandem Floruit anno dni dccc. xl.
Quatuor enim discipuli bede psbri et ordinis bti
benedicti monachi studium parisien suffraga
te karolo fundauerunt quorum istu sunt noia
Rabanus alchuinus claudius et iohes scotus iste

Milo sancti amandi in francia monachus
ordinis bti bndicti scripsit vitam eiusdem

amandi metrice. Scripsit etiam ad karolum cal-
uum de sobrietate librum. Floruit anno domini 849.

Theodulphus ex abbate floriacensi episcopus
aurelianensis inter alia que scripsit quorum
noticiam non habeo ymnum illum Gloria laus qui in die
palmarum solet decantari exulatus et sic resti-
tuendus libertati edidit. Floruit anno domini dccc xl.

Amalarius ~~quidam nescio cuius gradus fuerunt~~ ordinis s. benedicti episcopus treuerensis
~~dignitatis~~ ad imperatorem ludwicum de of-
ficiis ecclesiasticis librum scripsit. Anno domini 821.

Angelomus similiter nescio cuius dignitatis
scripsit ad imperatorem eundem ludwicum
in libros regum commentarios. Anno domini dccc 21.

Ansegisus abbas lobiensis edita karoli magni
et ludwici filii eius ad ecclesiasticam legem perti-
nentia descripsit in li. ij. Anno domini dccc xxx.
Idem edicta eorum ad mundanam legem pertinentia in
duobus eque libris descripsit. Anno domini ut.

Claudius monachus ordinis sancti benedicti socius
alcuini et venerabilis bede discipulus
qui et ipse studii parisiensis fundatorum unus
fuit scripsit super iudicum. Super ruth. Super
matheum. Et alia diuersa. Floruit anno domini dcc xc.

Iacobus cognomento sapiens nizebene ciuitatis
episcopus persarum scripsit xxvj libros vicz
de fide contra omnes hereses. De caritate generali.
De ieiunio. De oratione. De dilectione proximi specialiter.
De resurrectione. De vita post mortem. De penitentia.

de humilitate de satisfactione de virginitate
de censu anime de circumcisione de acino bene-
dictione pro quo in isaia legitur Non exterminatus
botrus de xpo quod filius dei sit et patri consubstantialis
de castitate adversus gentes de construc-
tione tabernaculi de gentium conversatione de
regno persarum de persecutione xpianorum
Composuit etiam cronicam unam Scripsit autem
siriace opuscula sua. Hic etiam fuit in consilio
niceno Floruit anno domini CCC. xl.

Iulius papa scripsit ad dionisium quendam
de incarnatione domini epistolam unam illo
quidem tempore utilem et necessariam adversum eos
qui duas in xpo personas affirmabant Flo-
ruit autem anno domini trecentesimo xxxix.

Heliodorus presbiter scripsit librum de natu-
ris rerum exordialium in quo ostendit
unum esse principium nec quidquam coevum
deo nec mali conditorem deum,

Macronius presbiter scripsit ad confessores
et virgines librum unum moralis quidem
sed valde necessarie doctrine ad custodiam
castitatis Hic tamen postea depravatus donatiane
partis episcopus in urbe roma occultus dicitur fuisse

Theodorus monachus et successor pro-
positure beati pachomii abbatis scripsit ad
fratres exhortatorias epistolas Floruit anno. 400

Risiesis monachus amborum pachumij
scilicet theodori vir in scripturis valde
doctus scripsit librum de veteri et novo ex
tractum testamento ad monachorum vitam
valde utilem quem fratribus in obitu suo loco
testamenti delegavit Floruit anno domini CCCC.
Theodorus antiochene ecclesie presbiter vir
sciencia cautus et lingua disertus scripsit
adversus apollinaristas et enomeos li. xv.
in quibus xpm verum deum docet et hominem
duabus substanciis constare in una persona.
Floruit autem anno domini tricentesimo nonagesimo
Vdentius episcopus hispanus scripsit adver
sum manicheos. sabellianos et arri
anos specialiter autem intencione contra fotinianos.
librum quem pretitulavit de fide adversum
hereticos Floruit anno domini.
Austinus presbiter scripsit ad personam
fraccille regine adversum arrianos
et macedonianos li. vij. Idem ad valen
tianum theodosium et archadium imperatores
defensionum suorum li. j. ex quo ostenditur
luciferiane partis fuisse Floruit anno domini 390.
Anthiochus episcopus scripsit adversus ava
riciam longum volumen De curacione
ceci qui a salvatore illuminatus est oneliam
plenam compunctionis Floruit anno domini. 389.

Severianus cavellensis ecclesie episcopus in divinis
scripturis eruditus. et in omelis decla-
mator mirabilis fuit. unde ab archadio
imperatore et a iohanne crisostomo ad fa-
ciendum sermonem constantinopolim sepius
evocabatur. Scripsit in epistolam ad galathas
exposicionem De baptismo et ephesie so-
lemnitate li. i. Et multas omelias quarum apud
nos pauce inveniuntur. Floruit anno domini. cccc.

Niceas romatiane civitatis episcopus scripsit
instructionum competentibus ad baptismum
li. vi. in quorum primo docet qualiter se debeant
habere baptisandi. In secundo de erroribus gentilium.
In tercio de fide unice maiestatis. In quarto
de genealogia. In quinto de simbolo. In sexto
de victima agni pascalis. Scripsit etiam ad
quandam lapsam virginem li. i valde utilem,

Olimpius natione hispanus episcopus adversum eos
qui naturam et non arbitrium in culpam vocant
scripsit unum librum in quo ostendit non creatione
sed inobedientia insertum nature malum,

Sabbatius gallicene provincie episcopus
rogatus a quadam iempo dicata virgine
scripsit de fide adversum marcionem li. unum,

Isaac quidam antiquus scripsit de sancta
trinitate et incarnatione domini utile librum

Eliodorus alius. anthiocene ecclesie pbr
edidit de virginitate et sanctis scrip
turis egregium volumen,
Aulus epus scripsit de penitencia li
brum unum. In quo docet ita penitentibus
fore dolendum pro peccatis ne mensuram tristi
cie excedentes in desperacionem mergantur,
Theophilus allexandrine ecclie eps scrip
sit adversum origenem grande volumen.
in quo pene omnia eius dicta cum auctore dam
nat De ciclo pascali quoque scripsit Et de
fide li. iij. floruit sub theodosio Anno 390.
Implicianus epus multis eplis ex
hortatus est augustinum pbrum in scis
scripturis agitare ingenium Flor. anno. 400
Innocencius primus papa scripsit decretum
occidentalium et orientalium ecclesiarum adver
sus pelagianos datum quod postea successor
eius zosimus latius promulgavit. Flor. ao. 400 v.
Atticus epus constantinopolitanus ad filias
archadii imperatoris de fide et virginita
te scripsit egregium librum. floruit anno. 410.
Elestinus papa scripsit librum sinodalem
adversus nestorem hereticum In quo docet
duas perfecte in xpo esse naturas et unam filii
dei ac hominis personam. quod nestor heresiar
cha negabat floruit anno dni. cccc. xxiiij.

Fastidius britannorum episcopus scripsit ad fatalem quendam de vita christiana librum i. et alium de viduitate servanda sancta et digna doctrina.

Cirillus allexandrine ecclesie episcopus multos dicitur scripsisse dogmatum libros. inter quos est de defectu synagoge lib. i. De fide adversum hereticos. Contra nestorem hereticum li. i. in quo eius secreta pene universa prodita confutantur. Et omelias plures scripsit ac alia diversa dogmata. ad ecclesie militantis utilitatem.

Philippus presbiter optimus beati ieronimi auditor edidit in iob commentarios simplici quidem sermone sed profunda scientia. Scripsit etiam plures exhortatorias epistolas. Et plerasque alia. Floruit anno domini. CCCC. xxx.

Isaac anthiocene ecclesie presbiter scripsit siro sermone multa. et precipue adversum nestorianos et eutichianos. Ruinam etiam anthiochie eloico carmine planxit. Moritur leone et maioriano regnantibus Anno. 470.

Asclepius afer in nauiensi territorio episcopus vir in divinis scripturis opione suo tempore notissimus scripsit adversus arrianos. Idem quoque adversus donatistas. Et multa alia. Anno 470.

Petrus edissene ecclesie diaconus presbiter declamator insignis variarum causarum tractatus et in morem sancti effrem prosas metro composuit,

Aulus panoniensis presbiter scripsit de virgi-
nitate servanda. De contemptu mundi.
ac vite institutione. Ad constantiam nobilem
virginem xpo dicate li. ij. in quibus asserit io-
uinianum hereticum voluptatum predicatorem, quem
et beatus ieronimus invehitur. tum odisse continen-
tie institutionem ut inter luxuriosas epulas animam exa-
ictor chartene mauritanie. Clauerit
ciuitatis episcopus scripsit adversum arria-
nos li. j. Ad basilium quendam super morte fi-
lii consolatorium li. j. Et multas utiles omelie.
Rimasius afer episcopus vir multe auc-
toritatis et scientie scripsit super appo-
calipsim beati iohannis apostoli li. v. valde egre-
gios qui apud nostros habentur. Et alia multa
quorum ego preter predictum volumen nihil adhuc
Vsseus massiliensis ecclesie. Legi
presbiter in diuinis scripturis doctus et in
earum expositione sensu valde subtilis horta-
tu sancti venerii episcopi excerpsit ex sanctis
scripturis lectiones totius anni festiuis aptas die-
bus responsoria etiam psalmorum capitula temporibus
et lectionibus congruentia. Et ad sanctum
eustasium episcopum composuit sacramentorum
non paruum volumen. Omelias etiam dicitur
declamasse que suo tempore honorabiles ha-
bebantur. Floruit autem anno domini. cccc l.

Austus ex abbate lormensis monasterij
apud regiū gallie epūs vir in diuīs scrip-
turis satis intentus scripsit de spū sancto li. j.
De grā dei li. j. Adūsum arrianos et macedo-
nianos li. j. Adūsum eos q̄ dicūt in creaturis
aliquid esse incorporeū li. j. Ad ditā diaconū
qui a fide defecerat li. j. Et eplās ac plā alia.
Ennadius cōstantinopolitanus epūs dani-
elem de vbo ad vbum ex integro cōmen-
tatus est Omelias etiam multas cōposuit
Et alia diūsa. Floruit anno dn̄i. cccc. l.
Aymo monachus fuldensis ordinis sanc-
ti benedicti karoli regis mgr̄ fuit scrip-
sit multa. int̄ que sūt hec Sup̄ esaiā ꝓphā
Sup̄ ieremiā. Sup̄ eplās pauli Sup̄ eplās
canonicas. Super apocalipsim. In cantica cā-
ticorū Et sup̄ totam bibliam. Et de xp̄ianorū
rerū memoria egregiū volumen de vari-
etate librorū Et alia diūsa. Sciendū aūt
q̄ in antiquis codicibus nō haymo sed heumo
invenit̄. cuius causam cū diligentissima inda-
gatione diu quesissem audiui a quodā nr̄i
ordinis abbate. haymonē monachū quidē
fuisse fuldensem. sed heumonē montis mo-
nachorū ꝓpe bambergam vbi et multa volu-
mina heumonis reperi, Sed cū oēs libri q̄
ascribūt̄ heumoni etiā ascribant̄ haymoni
non vident̄ m̄ duo fuisse sed vnus qui loco suo

natali heumo sit vocatus Et quod haymo dicitur
ex diuersitate ydeomatum prouenire opinor.
Bauari enim et sueui non heinricus sed hainri-
cus dicunt a ponentes vbi ponitur nos e poni
Sic etiam nos vbi heumo ipsi haymo dicunt
Hec preter alicuius melius scientis iniuriam michi
sic visa dico. Floruit autem heumo anno. 820.
Swardus monachus ordinis sancti
benedicti iussu karoli regis scripsit
martirologium ut scari possit quot sanctorum
memorie quolibet die concurrant Anno domini. 8 jo.
Aulus diaconus iussu karoli collegit lecti-
ones cuilibet festiuitate conuenientes ex op-
timis dictis sanctorum patrum Floruit anno domini. 800 jo.
Johannes diaconus scripsit vitam beati grego-
rii pape magni in libris iiij et misit
ad iohannem papam octauum Floruit anno. 884.
Do monachus clumacensis sub abbate
primo bernone vir mire sanctitatis
Dial hic moralia beati gregorii precepto eius
super hoc in visione accepto rogantibus fratribus
in vnum volumen coartauit Dictauit etiam
antiphonas et ymnos de sancto martino
Et vitam beatigeraldi descripsit Denique
abbate bernone mortuo odo hic in regimine
abbatie successit Floruit anno domini. 900 jo.
Dilo abbas clumacensis composuit ali-
quotus egregiotus sermones Et sequ-

ciatus pulchras Idem quoque commemoratione
animarum altera die omnium sanctorum primus in suis mo-
nasteriis celebravit unde ab ecclesia postea
approbata est Floruit anno domini. dccc. c. xcviii.
Egino abbas prumensis scripsit duos
egregios libros de ecclesiasticis disciplinis
et religione xpiana ex sanctorum concilium
et decretis summorum pontificum ac romanorum
imperatorum. quorum primus habet quadringenta
quadraginta octo capitula Secundus vero qua-
dringenta quinquaginta duo capitula Scripsit
etiam cronicam usque ad sua tempora Floruit anno. 930.
Dolinus monachus et ipse sancti benedicti
et episcopus in anglia scripsit egregium librum
de virginitate Idem quoque contra eos qui in suo
tempore pascha celebrabant Floruit anno domini.
Guido aretinus abbas de cruce sancti leufre-
di ordinis sancti benedicti scripsit Adver-
sus berengarium thuronensem de corpore et
sanguine domini lri. Elegantem quoque librum de arte
musica in quo facili modo per flexuras manus
cantum edocuit Floruit autem anno domini. m°. xviii.
Abo abbas floriacensis ordinis sancti be-
nedicti scripsit super calculum victorii.
Opusculorum eius aliud non dum vidi, Floruit anno. 998.
Opertus rex francie in scientia scripturarum
et presertim in musica sufficienter edoctus

303

I. 304

scripsit illam de spiritu sancto quam in die penthe-
costes canimus sequentiam. vicit Sancti spiritus assit
nobis gratia Idem scripsit responsoria. Iu-
dea et ihrlm. Et illud Cornelius centurio
Et quedam alia. Floruit anno domini. M. C. XX.
Vlbertus episcopus carnotensis scripsit in lau-
dem beate marie virginis cantus et orationes
Idem quoque epistolarum volumen unum. Anno M. C. XX.
Erno abbas augiensis ordinis sancti bene-
dicti scripsit de officio misse librum satis
utilem. Dicitur et plura alia scripsisse que
ego non dum vidi. Floruit anno domini. M. C. XX.
Runo episcopus herbipolensis conradi secundi
imperatoris patruelis ordinavit glosas
super psalterio ex dictis sanctorum patrum que
iam impressa cum nominibus auctorum ac correctura
textus cum asteriscis et obelis suum commendat
autorem Floruit anno domini Millesimo. XL°.
Wimundus monachus de cruce sancti
leufredi ordinis sancti benedicti et post
episcopus aversanus scripsit librum egregium de cor-
pore et sanguine domini contra errorem berengarii
Arianus monachus ordinis sancti benedicti
monasterii fuldensis natione scotus scripsit cro-
nicam de temporibus Is primo colonie factus monachus
fulde reclusus fuit et demum maguntie propter
regnum dei Floruit anno domini. M. C. septuagesimo.
Etrus damiani monachus sancti be-

T. 322

nedicti epus hostiens resignato epatu scripsit
ad ppam hildebranum appologeticum quare epatum
dimiserit Scripsit etiam de perfectione mona-
chorum li. i. Antilogum contra iudeos Contra epos symo-
macos librum unum qui intitulatur gratissimus Item
contra auaritiam prelatorum li. i. Item contra incontinentiam sacer-
dotum li. i. De insolentia malignorum hominum li. i.
Libellum qui intitulatur dns uobiscum, Regulam here-
miticam. Item libellum rethorice reclamationis
contra quendam exmum monachos ad sclm reuocantem
De naturis animalium li. i. Ad plantam de terroribus
mortis li. i. Epistolas quoque multas scripsit ad
diuersos Et plura alia. Floruit anno dni. M. lxx.
Etrus alphonsi ex iudeo xpianus scripsit
aduersum iudeos valde necessarium et utile
librum in quo pene omnia secreta eorum et errores
denudans improbauit In eodem nichilominus
saracenorum sectam deridet floruit anno. M. lxx.
Nsh helmus ex abbate beccen ordinis sancti
benedicti xpus lanfrancum archiepus cantuar-
iensis scientia profundus eloquio compositus multa
scripsit ecclesie proficua scz. De sancta trinitate
li. i. Super cantica canticorum li. i. De veritate li. i.
De incarnatione verbi li. i. Cur deus homo li. ii. De
concordia liberi arbitrii prescientie predestinationis et gratie
dei li. i. De casu diaboli li. i. De peccato originali li. i.
De sacramento altaris li. i. De azimo et fermenta-
to li. i. De conceptu virginali li. i. De pace et concor-
dia li. i. De beata sufficientia li. i. De libero arbi-

trio contra insipientem li. i. prologion. i. alloquium
de deo li. i. Monologion. i. soliloquium li. i. Oracionem
seu meditacionem li. i. proverbiorum qui dicitur bonum conscientie
valde pulchrum li. i. De grammatico li. i. De pro-
cessione spiritus sancti li. i. De beata vita li. i. De occupacione
bona li. i. De excellencia beate marie virginis li. i.
De antichristo li. i. Disputacionum eius inter christianum
et gentilem li. i. De vij. beatitudinibus li. i. Ad wil-
helmum abbatem fiscamen de similitudinibus li. i. Ques-
tionum li. i. Ad lanfrancum archiepiscopum canthuarien
ingrum suum et quondam abbatem li. i. De sacramentis
ecclesie li. i. Epistolarum eius ad diversos Et plerasque
alia. Floruit autem anno domini Millesimo. lxx.
Anfrancus abbas ordinis sancti benedicti
archiepiscopus canthuariensis magister anselmi
et fundator studii ticinensis scripsit super psal-
terium super epistolas pauli. Contra errores beren-
garii quoque li. i. Et si qua alia. Floruit anno. m°. lxx.
Vo carnotensis episcopus inter iuris canonici
doctores eximius scripsit epistolarum ad diver-
sos li. i. in quibus zelus ipsius pro domo dei ag-
noscitur. Ipse etiam decreta sanctorum patrum per isidorum
in unum volumen collegit. Hic etiam ordinem cano-
nicorum ab apostolis institutum. a sancto augustino resti-
tutum miro modo reformavit cum prepositus sancti
quintini beluacensis adhuc esset. Floruit anno. m°. l.
Ildebertus episcopus cenomanensis et postea
thuronensis archiepiscopus cum multa pro
ecclesie dei libertate agens in carcerem a-

quibusdam positus scripsit de huius vite tedio
pulchrum librum in quo miserias suas deplangit
Idem de corpore et sanguine dni li. j. De offi
cio missio misse expositorium librum metro. qui
sic incipit Scribere proposui etc. Scripsit etiam
diversas et plures epistolas et ordines quasdam pul
chras de sancta trinitate beata virgine et aliis
ricmatice. Floruit anno dni millesimo centesimo
Opertus abbas tuyciensis ordinis sancti
benedicti prope coloniam vir sermone nitidus
sciencia clarus scripsit super vetus testamen
tum li. xlij. quos de sancta trinitate prenotavit
Item super cantica canticorum Super duodecim pro
phetas Super iohannem Super matheum Super
apocalipsim De victoria verbi li. xiij De
divinis officiis li. j. Super regulam sancti benedicti
Et apologeticum eiusdem. Floruit anno.
Nisi helmus lugdunensis magister notantissi
mus litterarum sciencia clarus ac morum honesta
te ornatus inter cetera que scripsit extat liber eius
continens glosas marginales in psalterio satis
utilis. De scriptis eius nichil amplius adhuc
vidi Floruit anno dni millesimo centesimo quinto.
Alixtus papa secundus cum adhuc scola
ris esset valde sancti iacobi apostoli dilexit
in cuius honore miraculorum eius librum descripsit
Scripsit et decretum de scripturis autenticis
et apocrifis. Fuit ordinatus papa anno dni
m. c. xviij Et obiit anno dni m. c. xxiiij.

Joachim abbatis florensis ordinis sancti
benedicti ut propheta suo tempore habitus multa
scripsit vicz super ieremiam prophetam super
apocalipsim. super euangelium iohannis.
de visione danielis Epistolam ad innocentium
papam tertium in qua scripta sua et dicta omnia
correctioni sedis apostolice submittit asserens
se in fide sancte ecclesie romane semper velle
manere Scripsit libellum contra magistrum petrum
lombardum episcopum parisiensem qui ab eodem inno-
centio tercio in concilio generali damnatus est
Scripsit etiam quedam alia. Floruit anno domini 1187.
Petrus lombardus episcopus parisiensis
scripsit sententiarum sanctorum patrum orthodoxe
fidei libros quatuor qui in scolis theologorum
studiose leguntur. opus preclarum et ecclesie
militanti valde necessarium Dicitur et aliqua
alia in apostolum et psalterium scripsisse que in
manus meas nondum venerunt. Floruit
anno domini millesimo centesimo quinquagesimo v.
Gratianus monachus classensis ordinis
sancti benedicti scripsit decretum quod
pertitulauit concordia discordantium canonum eo
maxime tempore quo alexander papa tertius ante
pontificatum bononie in theologia legebat
Floruit ergo gratianus anno domini millesimo centesimo lv.
Ugo prepositus canonicorum sancti victoris
parisiensis vir omni scientia clarissimus sermone

facundus sensuque profundus tanquam alter augustinus
suo tempore habitus scripsit de sacramentis li. xii
Didascolon li. v. Super ecclesiasten omel. xvi.
Super lamentaciones ieremie li. i. Super ierarchia
dionisii. De arra anime valde devotissimum librum
De virtute orandi li. i. De laude caritatis parvum
libellum sed pulchrum. De archa noe li. v. De in-
stitucione novicior li. i. De anima xpi li. i. De perpetua
virginitate beate marie li. i. Super magnificat li. i.
Super tota pulchra es li. i. Super regulam sancti
augustini li. i. Super psalmos notulas quasdam
Et plura alia. Floruit anno domini. m°. c. xx.
Ernhardus abbas primus clarauallis ordinis
cistercien vir eximie sanctitatis et magna-
rum virtutum. scientia profundus eloquio dulcissimus hic
inter alia scripsit Meditacionum li. i. De contemptu
sculi ad clericos li. i. De diligendo deo li. i. Ex-
hortatorium de passione domini li. i. De gradibus humilitatis
et superbie li. i. De gratia et libero arbitrio. li. unum.
De precepto et dispensacione li. i. Ad clumacen
apologeticum li. i. Ad hugonem de s. victore li. i.
Contra petrum abelardum li. i. De consideracione ad eu-
genium papam li. i. quinque Ad milites templi li. i.
Super psalmum Qui habitat omel. xviii. Super
cantica canticorum omel. lxxiii Super missus est
gabriel omel. iiii. Super magnificat li. i.
Speculum religiose vite De gradibus et caritatis
De scala claustrali li. i. Ad archiepiscopum senonen

valde notabilem li. j. Ad carthusien li. j. sive
ut vulgo epl'az. Ad lugdunenses de conceptione
bte marie virginis De temptatione et otio li. j.
De bona et mala voluntate li. j. Et alios mul-
tos ac diversos libellos seu tractatus qui quia
noti sunt silencio preterimus Scripsit multos
quoque sermones qui etiam a devotis studiose leguntur
Extat epl'arum eius numero cc. xl et amplius liber
unus Floruit autem anno dni m. c. xx.

Upertus abbas lympurgensis in diocesi
spirensi ordinis sancti benedicti scrip-
sit super cantica canticorum librum in laude
ecclie pulchrum Et quedam alia maxime
revelationes sibi divinitus factas quas coram
epo et clero spirensi veras esse probavit
Floruit anno dni Millesimo centesimo xxxiiij.

Anfridus monachus cisterciensis ordinis di-
plura scripsisse sed nichil suorum operum
ad me pervenit nisi quod scripsit super
apocalipsim volumen satis utile. Floruit
autem eo maxime quo cistercisien ordo incepit

Adulphus flavicensis monachus fulden
doctor suo tpe omnium germanorum insig-
nissimus ordinis sancti benedicti scripsit
super leviticum duo grandia volumina Super
epl'am pauli ad romanos. Hic etiam ad croni-

cam eusebii cesariensis epi partem adiunxit
Dam. de persenia abbas ordinis etiam et
ipse sancti benedicti pulchrosq de tempore
et de sanctis composuit sermonesq Epistolas quoq
plures diuersis ad spiritualem vitam pertinentes scripsit
Ichardus canonicus sancti victoris parisius
vir prestabilis doctrine et disputator acutis-
simus. et ut quidam volunt supprior hugonis iam
supra nominati in officio. hec scripsit De sancta
trinitate li. vi. In quibus ut mihi videtur nulli de ipsa
scribentium inferior est De patriarchis li. i. De con-
templacione li. v. De somnio nabuchodonosor
mistice li. i. De arbore quam in somnio vidit idem
nabuchodonosor li. i. De quatuor ventis in mari
pugnantibus li. i. De exterminacione mali et promo-
cione boni li. i. De officio ecclesie li. i. De sacrificio
abrahe li. i. Super illo verbo esaie Omne caput lan-
guidum li. i. Super illo In die illa nutriet homo vaccam etc.
li. i. Contra andream iudaizantem super illo Ecce virgo
concipiet li. i. Ad nouicios li. i. Super cantica canti-
corum ab illo ubi dicit In lectulo meo etc. li. i. De
caritate violenta. Super apocalipsim. De diuersis
affectibus De gemino pascha De archa mistica.
De xlii gradibus contemplacionum Diuisionum
seu excerpcionum li. iii. In quorum primo agit de tempore
ante legem In secundo sub lege In tercio sub gracia.
Floruit autem anno domini millesimo centesimo l.

Illeramus monachus fuldensis et postea
abbas in eresburch ordinis sancti be-
nedicti scripsit super cantica canticorum.
Runo monachus ordinis sancti benedicti
inter alia que scripsit. in adhuc in visa. scrip-
sit super genesim egregium volumen.
Vsbertus et ipse monachus ordinis sancti
benedicti scripsit ad quosdam dnos abba-
tes super psalterio et sup cantica canticorum.
Athwertus paschasius abbas corbeyensis
in francia scripsit super threnos ieremie.
De sacramento eukaristie li. i. vita quoque sancti adelhardi,
Aphanus monachus cassinensis ordinis sancti
benedicti et postea archiepus salernitanus
magnus sui temporis philosophus scripsit librum de vnione
vbi dei De vnione corporis et anime Et de qua-
tuor humoribus Et nonnulla alia opuscula
Etrus comestor vulgariter nuncupatus scrip-
sit historiam scolasticam sup libros vtriusque
utriusque testamenti historiales floruit anno. 1180.
Ilhelmus de lauduno abbas monasterii
pictaviensis ordinis sancti bndicti doctor
decretorum scripsit librum quem intitulavit sacramentale,
Rhardus monachus ordinis sancti benedicti
scripsit hec. Super genesim Sup exo-
dum Sup numeri. Sup leviticum Sup deuteronomium etc

Ristianus qui et drutmarus abbas corbey-
ensis ordinis sancti benedicti in greco et in
latino peritus scripsit super euangelium marci. Et ad
Innocencius papa tercius lotharius antea
vocatus. Unde et plerumque lotharius allegatur.
scripsit cum adhuc leuita esset de vilitate seu
miseria condicionis humane li. i. De missa li. i.
Super psalmos penitentiales li. i. Floruit anno domini M°. CC.
Ilbertus monachus ordinis sancti benedicti
vir sciencia clarus sermone facundus scripsit
super esaiam prophetam in cantica canticorum quoque ser-
mones xlv. In quo opere eius maxime claret ingenium
Ugo folieti monachus sancti petri in cor-
beya scripsit de claustro anime li. quatuor
valde notabiles et religiosis quibusque multum
congruos. Floruit anno domini M°. C. et xl°.
Ekebertus abbas schonagiensis ordinis
sancti benedicti scripsit diuinarum reuelacionum
beate memorie elizabeth schonagiensis sororis sue
opuscula sermone latino que subiecta sunt. vis
viarum dei valde pulchrum li. i. De xi^m virginibus
li. i. Reuelacionum predictarum li. ii. Epistolarum eiusdem
virginis ad aliquos li. i. Idem dicitur scripsisse contra here-
ses li. i. quem nec dum vidi. Floruerunt ambo anno 1160.
Heodericus abbas scripsit vitam virginis sancte
hildegardis que fuit in gratia sororum cenobii
sancti roperti prope bingen ordinis sancti benedicti. quam

in tres libros distinxit Eadem sanctissima
xpi sponsa multas suo tpe habuit revelacones
divinas adeo ut plures libros exinde conficeret
quos in suo originali sic reperi. quod dicit ipsa
scripsisse. Item ad viberium monachum gemlacen
triginta octo questionum responsiones li. j. Super
regulam sancti benedicti li. j. Vitam sancti roperti
vitam sancti disibodi epi Ad colomen li. j. Ad
treuerenses li. j. Super quedam euangelia
omelias. lviij. Ad moguntinenses de sacra-
mento altaris li. j. Grande quoque librum cui nomen
scivias prenotavit Meritorum vite li. iij. divinorum
operum li. j. Simplicis medicine li. j. Composite
medicine li. j. Cantica et carmina spiritualia
multa Epistolas multas et valde obscuratas quibus
respondit ad se scribentibus viz ad tres summos
pontifices ad imperatores ad patriarcham ihero-
solimorum ad sanctum bernhardum abbatem ad episcopos
abbates abbatissas monachos sacerdotes reges
et principes multos qui omnes eius exhortacione
et scriptis gaudebant Hec omnia per revelacionem
scripsit divinitus sibi factam qua semper utebatur
Et opinio eius ubique magna erat Scripta vero
ipsius quidam devotus monachus que illa pertinent latina
parti theutonica edidit / grammatice ordinavit
que omnia habentur in magno volumine in suo monas-
terio Floruit autem anno domini m. c. lx.

Etrus lombardus epus parisien scripsit
ex tradicionibus orthodoxe fidei sanctorum
prim sentenciarum li. iiij. qui nunc magne sunt auc-
toritatis in dei ecclia et in scolis theologorum
studiose leguntur. Super quibus scribendo sua in
multi acuere ingenia. Idem in aplm commen-
tatus est. Et alia quedam. Floruit anno dni. 1144.
Franciscus ordinis frm minorum sanctis-
simus institutor scripsit sue religionis
breuem regulam secundum quam eiusdem ordinis pro-
fessores instituuntur. Floruit anno dni 1220.
Etrus qui dicitur comestor scripsit super
libros biblie historiales egregium opus
quod scolastica historia nominatur. Dicitur et
quedam alia scripsisse opuscula que in manus
meas non dum venerunt. Floruit anno dni. 1180.
Elinandus monachus frigidi montis or-
dinis sancti benedicti vir religiosus et facundia
disertus scripsit cronicam ab inicio mundi usque
ad sua tempora in magno volumine. Item de reparacione
lapsi li. j. Sermones plures et utiles. Epistolas
quoque ad timorem dni efficaces. Floruit anno do-
mini in territorio beluacensi. M°. CC. XX.
Aymundus de pennaforti cathalanus nacione
tercius generalis ordinis predicatorum iussu
gregorii pape noni scripsit decretales li. v.
Idem ordinis sui constitucionis in unum volumine co-
artauit. Et plerasque alia. Floruit anno. 1230.
Et summam in foro conscie satis utilem li.

Etrus berchary prior sancti eligij pa
risiensis ordinis sancti benedicti scrip
sit morale repertorium in tribus magnis
voluminibus quod opus usitato nomine dictionarius
dicitur quia per dictiones ordinis alphabeti pro
cedit. Idem scripsit morale reductorium etiam
in tribus voluminibus distinctum et morale induc
torium similiter in tres partes divisum.

Ilhelmus monachus sancti dionisij pa
risiensis ordinis sancti benedicti scripsit
cronicam de temporibus ab initio mundi
usque ad tempora vite sue satis preciosam.

Innocencius papa quartus otto antea vo
catus scripsit notabilem apparatum super
decretalibus li. v. scripsit etiam plures epistolas et
constitutiones synodales. Floruit anno domini 1254 et 57.

Ordanus theutonicus secundus generalis
ordinis predicatorum multas utiles scripsit
epistolas exhortatorias ad fratres sui ordinis. Idem
sermones plures fecit. Floruit anno domini 1220.

Acobus de vitriaco episcopus achonensis et pro
cardinalis tusculanus scripsit vitam sancte
marie de oegines li. ij. Idem de naturis et
mirabilibus maris li. j. Floruit anno domini 1220.

Albertus ordinis predicatorum natione almanus
ex lauingen augustensis diocesis ob insignem
doctrinam cognominatus magnus episcopus ratispo
nensis multa scripsit inter que hec sunt. Super

totam bibliam postillauit. Scripsit et aliud quod-
dam egregium opus super aliquos biblie libros alio
vicz modo et ordine quam primum. Item summam the-
ologie li. iiij. Super sententias li. iiij. De quatuor coe-
quis li. j. De homine li. j. De bono li. j. De perfectione
vite spiritualis li. j. De mysterio misse li. j. De
corpore xpi li. j. Sermones. ꝛc. de eukaristia alium
li. j. Super missus est angelus in laudem marie virginis
li. j. Contra impugnatores mendicantium li. j.
De muliere forti li. j. De partu hominis li. j. De
formatione hominis in utero li. j. Multarum questio-
num li. j. De origine anime li. j. Super oratione dominica
li. j. Item scripsit super omnes libros et epistolas beati
dionisii ariopagite. De arte predicandi li. j.
De reparatione lapsi li. j. De timore li. j. valde
pulchrum in exemplaritate omnes timoris species
ponit et exponit. De adherendo deo li. j. Ser-
mones de tempore et de sanctis formatos li. ij. De
animalibus grande sibi volumen a plerisque attri-
buitur quod ab aliis suum esse negatur. Scripsit et
alia multa tam in theologia quam etiam in artibus
quorum mutus prolixius signaretur. Floruit anno. 1260.

Onauentura qui et eustachius ordinis minorum
cardinalis doctor valde deuotus et scientia pro-
fundus, quod eius testantur opuscula, multa
scripsit. sed sequentia eius tantum vidi. Super
sententias li. iiij. Itinerarium mentis in deum li. j. Itine-
rarium mentis in seipsum li. j. Breuiloquium li. vij.

Regimine conscientie. qui et parvum bonum li. j. Soliloquiorum
li. j. De ligno vite li. j. Centiloquium li. quatuor
de reductione artium ad theologiam li. j. Vigilia
passus religiosorum li. j. De oratione dominica li. j.
de septem gradibus contemplationis li. j. Stimulum
amoris li. iij. De institutione spiritualium viventium li. j.
De quinque festivitatibus pueri ihesu li. j. in quo de
spirituali profectu pulchre loquitur. Scripsit egregium
volumen quod pharetram intitulavit ex sanctorum
patrum auctoritate in libris quatuor quorum primus
agit de personarum varietate. Secundus de principa-
lium vitiorum atque virtutum multiplicitate. Tercius
de periculosis. Quartus de graciosis. Contra
wilhelmum de paupertate xpi li. j. Apologiam
pauperum li. j. Forme vite religiose li. j. De
triplici pecto li. j. De x preceptis li. j. De virtu-
tibus bonorum religiosorum li. j. Epistolas quoque mul-
tas scripsit et sermones. Et alia multa que
nec dum vidi. Floruit anno domini M° cc. lx.

Thomas de aquino vir moribus sanctus et scientia
clarus ordinis predicatorum plura scripsit
militanti ecclesie necessaria. Summam theologie mag-
num et valde egregium opus in tribus partibus
scripsit distinctam super sententias li. iiij. Item
super primum librum sententiarum alium li. j. Contra gen-
tiles li. iiij. Super quatuor evangelistas li. iiij. Item
super evangelium iohannis li. j. Super isaiam li. j.
Super iob ad litteram. Super ieremiam. Super threnos.
Super cantica canticorum. Super iij nocturnos psal-

terii Super matheum lecturam. Scripsit etiam
ad amicorum interrogata multas questiones
Et quodlibeta xij. De principiis nature li. j. De
quatuor oppositis li. j. De natura verbi li. j. De motu
cordis li. j. De angelis seu substanciis separa-
tis li. j. Responsionum ad xlm articulos li. j.
Ad urbanum papam contra errorem grecorum li. j. Ad regem
cipri de regimine principum li. j. De eternitate
mundi li. j. De symbulo li. j. Super salutacione
angelica trac. j. Super oracione dominica tract. j.
De articulis fidei et ecclesie sacramentis li. j.
Super capitulo firmiter credimus li. j. Exposicio super
boecii de ebdomadibus. Super li. boecii de trinitate.
Super dionisii de divinis nominibus exposicionem unam
Contra impugnatorem mendicantium wilhelmum
de sancto amore li. j. De perfectione christiane reli-
gionis li. j. Compendium theologie li. j. tum. De
preceptis li. j. De fato tract. j. De beatitudine
eternitatis li. j. Scripsit preter hec et alia nonnul-
la que mee memorie non occurrunt. Floruit
autem anno domini M. CC. L. et obiit anno domini 1284.
Ilhelmus innocensis episcopus inter alia sui
studii opuscula multa varietate decoratum
volumen edidit quod racionale divinorum intitulavit
li. viij. Floruit anno domini. Millesimo. CC. lxxxvj.
Incencius beluacensis nacione burgundus or-
dinis predicatorum vir sciencia clarissimus scrip-
sit speculum historiale li. xxxij. Speculum natu-

rale li. xxxiij. Speculum doctrinale li. xiiij. Et
speculum morale li. iij. De gra li. j. De laudibus
bte marie virginis et sancti iohannis li. j. De in
stitucione puerorum regalium li. j. Consolatorium
sup morte amici li. j. Et pleraq alia que no
ego non dum vidi. Floruit anno dni m. cc. xliiij.
Vgo de sancto caro cardinalis et sancte
sabine ordinis predicatorum vir magne
sapiencie et sap scie in scripturis posstillauit
totam bibliam multum egregie sup nouum scz et ve
tus testamentum fecit tn speciale et plixum
opus super psalterio. Floruit anno dni 1230.
Etrus de tarenthasia ordinis predicatorum
pcea ppa factus et innocencius v. vocatus
abbreuiator bti thome scripsit sup sinas li. x.
Super eplas pauli multum egregie scripsit
Et pleraq alia. Floruit anno dni m. cc. lxx.
Iohannes monachus castellensis ordinis scti
benedicti scripsit exposicione regule sancti
patris nri bndicti in duobus magnis voluminibus
Item sermones sup eplas pauli. Sermones sup
euangelia per circulum anni Item postilla de scis
de passione dni scdm iohannem sermones xlij
Item bibliam accitatam. Et non nulla alia
Vrandus ordinis predicatorum bti thome
in scriptis primo sectator pcea q morem
impugnator scripsit egregie satis sup sinas
Etrus de palude et ipse ordinis pre
dicatorum vir in theologia sacra et in iure

canonico plurimum eruditus scripsit super sinas
li. iiij. Idem super biblie libros quosdam expoz
Johannes theutonicus natione friburgensis
ordinis predicatorum scripsit summam val
de elegantem que dicitur summa iohannis vel sum
ma confessorum. Floruit anno domini 1247.
Alexander de ales ordinis minorum vir
ingenio clarus et scientia profundus scrip
sit summam theologie super sinas li. iiij. Nichil
operum suorum amplius vidi. Floruit anno 1230.
Philippus de pergamo prior sancte ma
rie de auancio in padua ordinis sancti
benedicti scripsit librum egregium et grande
volumen super cathonem quem intitulauit ethi
cam cathonis cum tabula ad iohannem comitem.
Bredinensis archiepiscopus cuius nomen
proprium scire non potui scripsit super
titulis decretalium summam valde utilem que dicitur
vsitato vocabulo summa hostiensis magneque
auctoritatis a iuristis honore habetur.
Artholdineus pisanus ordinis predicatorum
scripsit post summam confessorum summam
que dicitur pisanella seu maistrucia. facilior ad
dubia inuenienda et breuior quam summa iohannis.
Eynerus pisanus ordinis predicatorum
scripsit valde egregiam summam in duabus
partibus distinctam que pantheologia vocatur
quam alie superuenientes nouiter edite sum
me minoris oxionicus reddiderunt

Ichardus de media villa ordinis minorum in
sacra scriptura in et iure canonico multum
peritus scripsit super sententias valde utiles li. iiij
Floruit autem anno domini m. cc. lxxx
Ohannes de columpna natione romanus or
dinis predicatorum post vincencium scripsit
etiam ipse cronicam ab initio mundi usque ad sua
tempora opus prolixum. Unde et mare historiarum dicitur
Acobus de voragine ordinis predicatorum archiepiscopus ianuensis
scripsit legendas nec sanctorum novi testamenti
quod opus lombardica historia dicitur. Idem scrip
sit valde pulchros elegantesque de tempore et de
sanctis per circulum anni sermones. Floruit. 1247.
Maragdus abbas cassinensis ordinis sancti
benedicti scripsit super regulam eiusdem
Item composuit diadema monachorum ex sanctorum
patrum scripsit super evangelia dominicalia sermones
quosdam et alia plura pro monachorum institutione
Ohannes ianuensis ordinis predicatorum
scripsit pro studentibus utile volumen quod
catholicon dicitur tractans de gramaticalibus fun
damentis. Floruit anno domini m. cc. lxxx
Ertrandus ordinis minorum et cardinalis
scripsit super omnes epistolas dominicales et prophe
tas per annum circulum elegantissimos sermones
Item super evangelia dominicalia quibus et sermones addidit
Ilhelmus lugdunensis episcopus vir sancta claris
simus ordinis predicatorum scripsit summam
de vicis et virtutibus li. ij. Item de fide et
legibus li. x. Et sermones ac alia plura. Flo

ruit anno dni Millesimo ducentesimo et lxxv.
Umbertus ordinis predicatorum multa scrip-
sisse fertur inter que hec commendantur super regulam
beati augustini valde egregium volumen De officiis
sui ordinis li. i. De vita fratrum eiusdem ordinis, Colla-
tionum quoque pro faciendis sermonibus ad omnem statum
valde utilem librum eius reperi Et alia diversa,
Enricus de gandavo ordinis predicatorum
scripsit summam theologie egregiam valdeque
subtilem. Quodlibeta quoque scripsit et super me-
thaphisicam Et plura alia floruit anno 1290.
Acobus de viterbio ordinis fratrum heremitarum
sancti augustini vir multum eruditus qui
et ipse scripsit quodlibet. Et alia diversa que no-
dum potui reperire. floruit anno dni 1290.
Ernhardus abbas cassinensis ordinis sancti
benedicti scripsit super regulam eiusdem benedicti
Idem composuit speculum monachorum rogatu fra-
trum suorum Dicitur et alia multa scripsisse. sed
ego nullum preter predictos suorum librum vidi
Ohannes de sancto geminiano ordinis pre-
dicatorum scripsit elegantes per circulum
anni sermones li. iij de tempore de sanctis et de mortuis
Onradus nacione theutonicus ordinis pre-
dicatorum scripsit valde laboriosum et uti-
le opus ad inveniendas auctoritatum in biblia
quotaciones et dicitur concordancie biblie maiores

Johannes scotus ordinis minorum vir subti-
lis et profundi ingenii scripsit super sententias
multum diffuse li. iiij. Item quodlibet li. j. Et
universalium li. j. preter hec si quid amplius
scripserit non legi. Floruit anno domini m. cccc.
Opertus ordinis predicatorum scripsit ele-
gantes sermones de tempore et de sanctis
Item super sententias et super multos libros aris-
totilis et plura alia. Floruit anno domini 1318.
Augustinus de anchona ordinis heremita-
rum sancti augustini inter ecclesiasticos
scriptores non minima plura scripsit utilia
de quibus hec reperi De potestate ecclesiastica
summam valde diffusam et pulchram quam
iohanni xxij pape confirmandam obtulit Super
quatuor euangelistas commentatus est Super
epistolas pauli Super actus apostolorum Super epistolas
canonicas li. vij. Super apocalipsim iohannis
Super sententias li. iiij De spiritu sancto contra errores gre-
corum De decem cordis li. j. Super magnificat
Super missus est in laudem virginis gloriose
De introitu terre promissionis li. j. De pote-
ncia anime li. j. Milleloquium ex scriptis beati augusti-
ni ipse incepit sed morte preuentus non compleuit
Quod tamen postmodum bartholomeus urbinatis
eiusdem ordinis perfecit De resurrectione
mortuorum ad franciscum de cararia li. j. Qd

libota parisius disputata. Scripsit et plura
alia in fidelium salutem. Floruit anno domini 1320.
Thomas brabantinus ordinis predicatorum
scripsit de natura rerum li. i. Item de
apibus delectabile opus quod bonum universa-
le prenotauit. Hic etiam aristotilis librorum de
greco in latinum transtulit cuius translacio in scolis
communis habetur. Floruit tempore beati thome de aquino
anno domini millesimo ducentesimo et hec.
Ohannes parisiensis ordinis predicatorum
multa dicitur scripsisse de quibus ego
tantum reperi super sinas li. iiij. Floruit anno domini
millesimo. cc. lxxv. sub rodulffo imperatore.
Tricus theutonicus nacione ordinis et
ipse predicatorum etiam plura scripsit
de quibus hec tantum reperi. Summam theolo-
gie valde subtilem. Super sinas li. iiij. de
anima quoque et super aliquos aristotilis libros flo-
ruit eodem tempore anno vicz domini m. cc. lxv.
Ohannes xpofori ordinis eiusdem inter
multa que scripsit hec sunt. Super ma-
theum comentarios. Super lucam. Super marcum
Super iohannem. Super omnes epistolas pauli apostoli
Et alia multa. Floruit anno domini 1260.
Ambaldus etiam nacione romanus
scripsit super sinas li. iiij. Et nonnulla.

alia. Floruit tpe rodulfi imperatoris anno
dni millesimo ducentesimo sexagesimo quinto
Petrus rogerii abbas fiscaniensis or-
dinis sancti bndicti qui fuit postea
in papam electus et clemens sextus vo-
catus vir multu vtuosus et bonus egregiusq;
sermocinator scripsit vtiles et pulchros
de tpe et de sanctis sermones Collacones
quoq; et plura alia Floruit anno dni 1383.
Enricus de erfordia etiam plura scrip-
sit sed tm eius rexeri de rebus memo-
rabilioribus egregiu volume. Flor. anno 1344.
Jcolaus de lira ordinis minorum doctor
in diuinis scripturis peritissimus. totam
biblia vetus scz et nouu testamentu postil-
lauit Item moraliter scripsit sup aliquos
biblie libros opus aliud satis vtile Contra
iudeos etiam Et nonnulla alia. Flor. 1320.
Lanus doctor studii viennensis columna
multa dicitur vtilia scripsisse de quibus
hec tm vidi. Ad abbatem sancti egidii li. j.
interpretationum sacre scripture. De sex alis
cherubim li. j. De planctu ecclie qui dicitur
enchiridion li. j. Idem de doctrina libru
edidit de virtutibus et vicijs Flor. a. 1300
Jtesanus de ast ordinis minorum
in iure canonico multu peritus compilat
sicinam valde notabilem li. viij que suo

noīe vulgariter sūma astensis appellatur
Floruit vero anno dni millesimo CCC xvij
Vido de monte rotherij scripsit pro
instrucōe simplicium valde utile librū
in tres ptes distinctū quē manipulū cu
ratorū intitulauit Floruit anno dni 1330.
Luarus nacione hispanus ordinis mi
norū scripsit grande et egregiū
volumen quod intitulauit de planctu
ecclesie mira auctoritate decorum.
Franciscus de maronis ordinis mi
norū plura dicitur eleganter scripsisse
et sepe a doctoribus allegatur sed ego suorū
opusculorū originaliter nullū vidi
Udolphus prior carthusie argentinen
scripsit sup quatuor euangelistas val
de utile et notabile volumen quod vita
ihū appellatur et a deuotis studiose legitur
Scripsit et alia quedā deuote exercitacōis
opuscula que michi non dū occurrere legēda
Floruit circa annū dni. M. CCC. xxx.
Alexand' de allexandria ordinis mino
rū qui multū allegatur a scriptoribus
nris. int alia sui studii opuscula scripsit
sup sniās eleganter. Item sup metaphysicā
aristotilis notabiliter et valde subtiliter.
Etrus de saxonia ordinis minorū vir
in sacro iure peritus edidit et ipe sum
mam valde notabilē q paucis ē nota. Et alia.

Eonhardus de ciphono ordinis minorum
et vicesimus quartus eiusdem ordinis ge
neralis fecit profundam et copiosam expositionem
in cantica canticorum in magno volumine con
gestam floruit anno domini millesimo CCC. lxx.
Etrus boherij abbas sancti auiani vir
litratus et in iure canonico valde peritus
scripsit elegans volumen super regulam sancti
benedicti, cuius et ordinis fuit, coaptans tex
tui canones et singula regule declarans iu
ris fere decretis concordare Item scripsit
super speculum bernhardi cassinensis Item de
signis quibus pro lingua tempore silencij monachi
solent uti li. j. Et pleraque alia. floruit anno 1376.
Gidius de roma ordinis heremitarum
sancti augustini plura dicitur scripsisse et
a doctoribus sepe allegatur Ego autem de opus
culis eius librum de peccato originali tantum reperi.
Etrus aureoli de verberya ordinis
minorum suo tempore doctor famosus scrip
sit hec que ad meam noticiam peruenerunt
Super sententias li. iiij Idem de conceptione beate
marie virginis valde notabilem et plenum
auctoritate li. j. Hic archiepiscopus postea factus
fuit. si aliqua plura scripserit ignoro.
Floruit autem anno domini. millesimo CCC. xxxv.
Artinianus ordinis predicatorum dominique
pape primarius et capellanus plura dicitur

scripsisse de quibus hec tm̄ legi. Cronicā ab
micio mūi vrbis successiones pontificū et (Et sermones de tpe et scis)
imperatorū breuit cōtinens li. ij. Marga
ritam decreti i. tabulā li. j. Floruit ano dm̄ ℞ij.
Symon de cassia ordinis heremitarū sti
augustini vir scia et facundia clarissimus
scripsit sup quatuor euangelistas li. xv. opus
valde egregiū quod iā vsitato vocabulo ab
aliquibus intitulat. gesta saluatoris Flo
ruit anno dm̄ millesimo. CCC. xxxviij.
Johannes andree ciuis bononiensis int
iuristas famosissimus multa scripsit ad
facultatem sue professionis ptinencia sup
clementinis sup sexto et nouell. Et in
iure alia multa. Item in laude bti ieronimi
psbri li. iij. De sponsalibus et matrimonio li. j.
De arbore ꝯsanguinitatis. Floruit ano. ℞xj.
Vido bononiensis archidiaconus predicti
iohannis andree i iure mgr scripsit
int alia sui studii exercitia ad gerardū
epm sabinensem sup decreto. qd dr rosa
riū decreti valde magnū volumē et a
canonistis multū allegat. Floruit ano. ℞ij.
Erardus groet primus fundator domus
frm de cōi vita in dauentria multa fert
scripsisse sed ego pauca eius vidi. scz De loca
tione cure pastoralis li. j. Epl'az vnā exhor
tatoriā ad quendā carthusiensem cōfortans
eū ad tollerantiā ordinis. Scripsit et multas
alias epl'as et libros. Floruit ano ℞ij.

Ohannes rusbroch canonicus regularis
viridis vallis in brabantia cameracensis
diocesis vir magne devocionis et religionis
et primus fundator predicte domus scripsit de or-
natu spiritualium nuptiarum li. iij. in theutonico quos
quidam frater iamdicti cenobij post mortem auctoris
transtulit in latinum. Idem scripsit de profectu re-
ligiosorum li. j. etiam theutonico sermone. que intitulat
de lapide fulgido. satis religiosis utile. Et plerasque
alia. Floruit anno domini millesimo. CCC. xcix.
Emricus de hassia vir doctissimus studiique
decus viennensis multa scripsit ad me tamen
hec tantum venerunt De contemplacione li. j. De an-
xpo et scismate li. j. De erudicione sacerdotum li. j.
de horis canonicis. tract. j. De anima contemplativa
li. j. Exhortatorium ad regulares quomodo secundum regulam
sancti augustini debeant vivere li. j. Scripsit etiam
epistolas multas quarum aliquas legi. Et sermones
elegantes. Floruit anno domini millesimo. CCC. xcix.
Emricus oyta contemporaneus henrici de
hassia vir suo etiam tempore nominatissimus multa
quidem scripsit sed ego de contractibus li. j. tantum
legi. Floruit anno domini millesimo CCCC.
Icolaus de gorran ordinis predicatorum scrip-
sit super epistolas pauli postillas li. xiiij. Item
super ecclesiasticum grande volumen Et nonnulla alia.
Ohannes abbas nivicellensis ordinis beati
benedicti edidit concordancias canonum

et biblie opus laboriosum et hiis temporibus perutile.
Etrus pro blesensis archidiaconus bathonensis vir prudens et doctus scripsit ad henricum regem anglie epistolarum volumen unum in quo eius scientia relucet. Aliud eius michi adhuc vidi
Etrus de aquila ordinis minorum inter alia studii sui opuscula que non dum videre potui scripsit super sententias li. iiij. quos legi scotum mitatus licet simplicius breviusque quod nostris non displicet
Enricus boyc vir in iure canonico peritus scripsit nonnulla sue facultatis egregie extat eius preclarum opus super decretalibus li. v.
Etrus de eliaco studii parisiensis decretum multa dicitur etiam scripsisse sed ego nullum adhuc suorum opusculorum vidi. Floruit anno domini 1399.
Upertus holkot ordinis predicatorum scripsit super sententias. Item super librum sapientie valde egregium et prolixum volumen. Et alia que.
Johannes dominici cardinalis ordinis predicatorum valentissimus predicator hec scripsit Super ecclesiasten. Super duo capitula canticorum Super matheum usque ad xix ca. Super magnificat librum unum in vulgari quem amorem caritatis intitulavit Scripsit etiam plures sermones Floruit anno domini M. CCCC. X.
Johannes de gerson cancellarius parisiensis in sacra scriptura valde peritus multa scripsit de quibus hec vidi. De consolatione theologie in modum boetii li. iiij. dialogum appologeticum li. j.

De prestigiis fortune li. ij
de amicicia christiana li. j.
cardinalis cameracensis
pro de sacramentis li. i. Et de potestate ecclesiastica li. i. prolixum

De fuga ioseph cum matre domini in egiptum heroico
metro li. xij. Centilogium de conceptibus li. j. De
vita spirituali anime li. j. Centilogium de impulsibus li. j.
De mystica theologia li. iij. Ad wilhelmum mi-
nandi de religionis perfectione li. j. De consiliis
euangelicis et statu perfectionis li. j. De men-
ditate spirituali li. j. De meditatione tract. j. De
mundificatione cordis li. j. De directione cordis li. j.
De illuminatione cordis li. j. De oculo tract. j. De
remediis contra pusillanimitatem li. j. De diuersis tempta-
tionibus diaboli li. j. De exercitiis discretis deuo-
torum simplicium tract. j. De passionibus anime li. j.
De monte contemplationis li. j. De oratione et eius
valore li. j. De cantico canticorum li. iij. Super
magnificat tractatus xij. Item super magni-
ficat carmen unum. Super vno angelico i.
gloria in excelsis tract. j. Item super cantica can-
ticorum simpsalmata x. De laude scriptorum
li. j. Monotesseron i. vnum euangelium ex qua-
tuor li. j. De potestate ecclesiastica li. j. De abba-
tione pape ab ecclesia li. j. De vnitate ecclesiasti-
ca tract. j. De statibus ecclesiasticis tractatum j.
De scismate tract. ij. Trilogium in materia
scismatis li. j. Que credenda sunt de neces-
sitate salutis tract. j. Ad iohannem prouincialem
celestinorum de susceptione humanitatis xpi li. j.
In marcum lectiones ij. De sensu litterali sacre scrip-
ture tract. j. Contra laicos communicantes sub vtraque

specie tractatu i. de probacione spirituum tract.
vnu. de examinacione doctrinarum tract. ii. De
libris legendis a religiosis et qualia eorum debeant
esse studia. tract. i. de distinctione verarum visio-
num a falsis tract. i. Trigilogium astrologie li. i. Con-
tra artem magicam tract. i. Contra sectam flagella-
tium tract. i. Contra proprietarios regule sancti augus-
tini li. i. Regulas morales li. i. Compendium
theologie tract. viii. Opusculum tripartitum de precep-
tis decalogi de confessione et de arte moriendi li. i.
de dracma peccatorum li. i. De audiendis confessionibus trac-
tat. i. De indulgenciis tract. i. De parvulis trahen-
dis ad xpm li. i. De contractibus li. iii. De symonia
tract. i. De sollicitudine ecclesiasticorum li. i. De prepa-
racione ad missam et pollucione nocturna li. i. de pol-
lucione diurna li. i. Dialogum de castitate eccle-
siasticorum li. i. Contra impugnantes carthusienses
tract. ii. De temperancia prelatorum li. i. De vita cleri-
corum li. i. De humilitate li. i. De penitencia li. i. De vi-
sitacione prelatorum li. i. De verbis domini venite ad me
omnes qui laboratis tract. i. De nobilitate tract. i.
De consideracione principum tract. Dialogus franci
et anglici li. i. Et alios libellos ac tractatus plu-
res quos propter vitandam prolixitatem non signavi
Item plures notabiles epistolas et diversis questionibus
respondentes. Item plures sermones diversis et
temporibus coram papa imperatore et consilijs constan-
cien. remen. et aliis factos descripsit. Flo-
ruit tempore consilij constancien. anno domini. 1420. etc.

Ohannes de tambaco ordinis predicatorum
theutonice provincie scripsit scripsit volumen
valde egregium quod intitulavit consolaciones
theologice vel theologie li. xv. Floruit anno 1360.
Aulus episcopus burgensis archicancellarius
regis castelle plura scripsisse dicitur sed hec
eius tantum vidi. Addiciones scripsit et addidit
ad postillas nicolai de lira super biblia. Item
scripsit de adventu messie quod factus sit contra
iudeos dialogorum li. vi. quod opus intitulatur
scrutinium scripturarum. Floruit anno domini 1430.
Incencius de valencia ordinis predicatorum
vir moribus sanctus et scientia clarus egre-
giusque et nominatus suo tempore verbi dei predicator
scripsit de tempore et de sanctis sermonum li. ij. Est
sermo unus de fine mundi qui sibi ascribitur
Et aliqua epistole. Floruit anno domini m. CCCC. xx.
tempore consilii constancien. Unde et iohannes gerson
per epistolam hortatur eum ut veniat ad consilium.
Ernhardinus ordinis minorum vir sanctus
et fervidus predicator descripsit sermones
de tempore et de sanctis. Item quadragesimale. Item
de passione domini. Floruit anno domini m. CCCC. 30.
Ohannes capreolus tolosanus nacione or-
dinis predicatorum thome scriptorum
acerrimus defensor scripsit et ipse super
sinas li. iiij. prolixum opus. Floruit anno. 1450.

Etrus de candia ordinis minorum scrip-
sit valde notabiliter et eleganter super
sententias l. iiij. Et non nulla alia ut dicitur Florentinus 1510.
Ilhelmus de ockam nacione anglicus etiam
scripsisse dicitur. Vidi librum eius super primo
sententiarum satis grande volumen. Item
de potestate ecclesiastica scripsit etiam quedam in loycalibus.
Apus abbas sancti miniatis ordinis beati
benedicti inter iuristas non infimus in
iure plura scripsit. Extat precipue opus egre-
gium super clementinis quod frequenter
in iure allegatur glosato.
Ohannes plathe heidelbergensis doctor
valde egregius scripsit grande volu-
men super ca. firmiter credimus de sancta trinitate.
Franciscus de zabarellis cardinalis vir
in iure canonico nulli inferior scripsit
super clementinis elegantissimum volumen
magne auctoritatis.
Ohannes de lignano et ipse in iure peritus
qui sepius a modernis allegatur scripsit
super clementinis et aliis in iure additiones.
Etrus de ancharano in iure similiter
sui temporis famosus plura scripsit. Extat
inter alia eius super cle. opus preclarum.
Ohannes capistranus ordinis minorum ber-
hardini discipulus vir religiosus atque
devotus et suo tempore sanctus habitus in sacra quoque

scriptura peritus et in utroque iure doctor fer-
uentissimus predicator aliqua scripsisse
dicitur vicz sermones predicabiles. Vidi sub nomine
eius librum de cupiditate intitulatum. in quo agit
de usura. de mercantijs. de comparatione redditum
perpetuorum. de victalicijs. de moneta. et de
pluribus aliis. Floruit anno domini M° CCCC° XL°.
Jcolaus de dinckelspuel ordinis minorum
et doctor magnificus hec scripsit que
sub nomine eius vidi. Sermonum de tempore li. ij. Item
de sanctis Item de octo capitalibus vicijs
li. j. satis notabilem. De ceteris scriptis eius
adhuc nichil vidi floruit anno domini M° CCCC° L.
Johannes nider theutonicus ordinis pre-
dicatorum vir in multis expertus plura qui-
dem scripsit. sed hec ego tantum legi. De decem
preceptis decalogi li. j. Consolatorium timorate
conscientie li. j. de formicis li. v. Speculum perfectionis
theutonico sermone conscriptum li. j. De contracti-
bus mercatorum li. j. Sermones de tempore et de
sanctis li. ij. Aliud adhuc opus ipsius nullum vidi
floruit tempore constancien et basilien conciliorum
Anno vicz domini millesimo CCCC° XXX°.
Enricus de gulpen decretorum doctor cuius
facit mencionem johannes nider in
libro de formicis vir religiosus abbas sancti
egidii in nurenberga ordinis sancti benedicti
scripsit super septem distinctionibus de penitencia

de lepra morali li. j.

Super duabus quasdam distinctionibus de consecratione
Item de passione domini li. i. Floruit anno domini 1420.
Eonhardus de vtino valens sui temporis predica-
tor scripsit elegantes sermones de tempore et
de sanctis li. ii. in quibus de sermonibus iacobi de
voragine videtur aliquando mutuare. Floruit anno 1484.
Nicolaus de chusa cardinalis natione theuto- — epus brixi-
nensis
nicus ex diocesi treuerensi doctor valde litteratus
atque deuotus. multa scripsit de quibus hec tantum
legi. De visione dei li. i. de pace fidei li. i. de
reparatione kalendarii li. i. De mathematicis com-
plementis li. i. Crebrationes alchoran quam saracenos
li. iii. De venatione sapientie li. i. qui satis spe-
culatiuus. De ludo globi li. ii. Compendium de
consideratione li. i. Triallogum de possest li. i. Con-
bohemos li. i. De mathematica perfectione li. i.
De berillo li. i. De dato patris luminum li. i. De
querendo deum li. i. Dialogus de apice theorie
li. i. Epistolas quoque multas et sermones quos
tempore sue legationis in allemania fecit et
scripsit. Floruit anno domini millesimo cccc. liii.
Johannes de turre cremata cardinalis — epus sabinensis
quedam etiam scripsit de quibus hec tantum
reperi. Super psalterio breuem et misticam
expositionem li. i. Super euangelia dominicalia
questionum li. i. Super euangelia de sanctis similiter
questionum li. i. Scripsit ad alia quedam opus-
cula diuersis temporibus et personis vicz ad ponti-

ficetus romanorum ad eugenium quartum. ad
nicolaum quintum. ad calixtum tertium. ad pium
secundum. ad paulum secundum. Floruit anno domini 1464.
Nicolaus siculus abbas ordinis sancti bene-
dicti archiepiscopus panormitanus scripsit super
decretalibus notabilem lecturam libro. Item super
clementinis Et alia plura in iure Hic fuit
in concilio basiliensi pro cuius auctoritate et
potestate composuit etiam libro i. Floruit anno 1430.
Emericus de herp ordinis minorum egre-
gius predicator scripsit super decem pre-
ceptis valde notabile opus Floruit anno 1460.
Nicholaus ordinis predicatorum archiepiscopus
florentinus in diuinis scripturis valde
expertus et in questionibus enodandis facilimus
multa scripsit Equibus hec vidi. Summam
in quatuor partibus diuisam que est omnibus ante
editis summis maior et utilior. Item de temporibus
cronicam eque magnam et in tribus partibus
distinctam. Item de censura ecclesiasticus libro i
Instructorium simplicium confessorum libro i. Aliud
ipsius nichil adhuc vidi Hic vir doctissimus
scientia et moribus religiosus etiam post mortem pro
manifestatione meritorum suorum apud deum
miraculis choruscare dicitur Floruit anno 1450.
Jacobus iuterbuk ordinis carthusiensis
erfordie doctor magnificus et zelo feruoris

regularis discipline laudabilis plura quidem scrip-
sed hec tamen ad me venerunt De anno iubileo et
indulgenciis li. i. de causis multarum passionum
li. i. De moribus christianorum li. i. de triplici statu
hominum li. i. Consolaciones quam mala huius seculi tract. i.
Apologeticus religiosorum li. i. De cautelis diuer-
sorum statuum li. i. de cognicione causarum et ef-
fectuum secretorum li. i. De veritate dicenda vel ta-
cenda tract. i. Collacio ad abbates ordinis sancti
benedicti i. de cogitacionibus tract. i. de contractibus
li. i. de malis huius seculi li. i. Sermones de
sanctis totius anni li. i. Hic fuit quondam abbas
ordinis cisterciensis et doctor sed propter anime sue
salutem alia etiam causa quam nescio ad carthusiam
quolauit Floruit erfordie anno domini 1460.

Neas siluius poeta qui fuit nacionis senensis
et postea papa pius ii nominatus etiam aliqua
scripsit de quibus hec vidi. De miseriis curi-
alium li. i. De educacione liberorum li. i. Dialo-
gum contra bohemos et thaboritas comunicantes
sub utraque specie li. i. de tribus questionibus li. i.
Ad thurcum de fidei christiane veritate quam secta
impii machumeti li. i. De clade constantino-
politana orationem unam prolixam. Epistolarum cccc. xxxvii
li. i. In quibus eloquencia reluciet nulla in
aliquibus utilitas more poetico. Nonnulle tamen
aliquid utilitatis habere videntur Floruit anno 1460.

Latina romanus historiografus vir scientia
clarus et sermone compositus scripsit
ad sixtum quartum pontificem magnum historiam
romanorum pontificum omnium a domino nostro ihesu
christo vero pontifice incipiens et satis dila-
tato stilo progrediens usque ad eundem sixtum
exclusive. Si hiis suorum studiorum aliquid ad-
diderit non dum scire potui forsitan vivit adhuc.
Nicolaus de cruzenach almanus studii wi-
ensis decus et columpna vir omni opinione
hoc tempore ceberrimus multa dicitur scribere sed
celare vivit adhuc etate decrepitus.
Angelus de nacione italus ordinis
minorum et quondam vicarius ordinis eiusdem
ultra montana vir in sacra scriptura et in
utroque iure famosus scripsit summam unam
compendiosam et confessioribus rectoribus fide-
lium valde necessariam. que multorum iudicio
sicut ordine posterior ita censetur utilitate
prior facile namque et sine labore casuum oc-
currentium ibi dubia invenies resoluta
vivit adhuc sed an scribat aliquid ignoro.
Hilmannus prepositus canonicus regularis
obtulit michi ante triennium de vinea
spirituali librum simplici stilo descriptum sed utile
Item de pleniori institucione novicium li. i.
Scripsit etiam quedam alia exercicia pro

frm̄ pia deuocione spūalis accomoda. Obiit
plenus dierū et religione ano dn̄i 1480